

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Samuelis De Cocceji, Henr. Fil. Sacræ Regiae Majestatis
Borussicæ Magni Cancellarii, A Consiliis Sanctioribus
Status Et Rei Bellicæ, Ordinis Nigræ Aquilæ Equitis Etc.
Jus Civile Controversum Ubi ...**

Opus Ad Illustrationem Compendii Lauterbachiani ...

Cocceji, Samuel von

Lipsiae, 1766

LIB. II. TIT. XV. De Transactionibus.

urn:nbn:de:gbv:45:1-9044

TRANSACTIONIBUS.

Qv. I. *An transactionis sumatur pro ipso actu, an vero pro conventione?*

Laut. p. RESP. Aliquando sumi pro actu transactionis, & pro ipsa decisione. 53. verb. RE ne rei dubiae, ut in l. 17. C. de Transact. l. 3. §. 1. ad L. Falc. conventione decidi. l. 46. ff. R. V. c. 6. x. de transact. Aliquando pro pacto & conventione, uti hic, l. 28. C. verb. convenisse h. t. l. 3. pr. ff. h. l. 1. §. 3. Paet. & in primis in l. 15. ff. h. hinc transactionis placitum dicitur in l. 6. h. Conf. l. 5. l. 31. l. 39. l. 40. l. p. C. h.

DISSENTIT Struv. in Evol. ad th. 54. Ex. 6. qui putat transactionem semper designare ipsum actum; & ad omnes illos textus respondet, quod actus transactionis omnino fiat per conventionem: Verum ex textibus illis apparet ipsam transactionem quoque pactum vocari. Vid. l. 15. h. t. l. 1. §. 3. paet.

Qv. II. *An transactionis contractus innominatus?*

Laut. p. NEG. Sed est pactum nudum, vid. quaeft. praeced. quo scil. aliquid promittitur pro ipsa decisione & finitione cause, l. 2. ff. fit vel pa- l. 35. C. h. quod sepe in contractum abit v. g. innominatum. l. 6. l. 38. C. h. &c. vel stipulationem, l. 15. h.

OBJ. Semper videri esse contractum innominatum, cum aliquo dato fiat, l. 38. C. h. Unde & actio prescriptis verbis datur. l. 6. l. 33. C. h.

RESP. Transactione utrinque potest fieri, ut nuda tantum promissio intercedat, non vero res vel factum; Ut si unus promittat se datum ut alter discedat, hoc consentiente, nudum pactum est, & nec dum ille dat, nec hic discedit, sed consentit tantum se data pecunia discessurum. Verum ut sit contractus innominatus, requiritur ut vel alter actu det, & est do ut facias, vel alter actu discedat & renunciet liti, tunc est facio ut des.

OBJ. (2) l. 5. c. h. ubi Transactione contractus dicitur.

RESP.



RESP. Quia plerumque per contractum innominatum sit; sed & vox contractus ibi late accipitur pro omni negotio. *I. 21. jud.*

DISSENT. *Bald. rubr. tit. de rer. perm. n. 4. Bartol. ad I. 1. n. 1. de Paßl.* Alii contractum nominatum dicunt, *Coraf. miscell. I. 1. c. 23.* refutati a *Duo. de Ludwig*, Consiliario Regio intimo & Cancellario Acad. Fridericianæ, in eruditiss. *Disp. Pro jure retrahend. transact.* *c. 1. §. 4.*

Plurimum vero *hodieque* interest, an pacto nudo fiat transactio, an per stipulationem, seu per contractum innominatum, non quidem quoad effectum actionis, *Dn. Stryk. U. M. §. 13.* sed quoad effectum tollendæ obligationis. Priori eum casu nunquam ipso iure tollitur obligatio, lecus in posterioribus casibus. *Vid. sup. Tit. 14. q. 17.*

Qv. III. An procurator generalis possit transfigere?

RESP. Generalis omnium bonorum potest, cum probabilis est litis *Laut. p.* incertudo; *I. 35. pr. de Jurej.* nam tunc pertinet ad bonorum *54. verb.* administrationem & conservationem, ne periculo probabili incertæ litis *Generali-* subjiciantur, & in totum pereant. *I. 17. §. f. de jurej. junct. I. 2. eod. omnia.* *ter ad* *I. 12. ff. Paßl.* At *Generalis, omnium v. g. litium*, transfigere nequit. *I. 60. procur.* Nam hic mandatum habet ad agendum, qui vero transigit, non agit, sed ab actione desistit, quæ contraria sunt. *I. 7. C. h.* Hinc nec Syndici civitatum transfigere possunt, nisi sint universorum bonorum. *I. 12. C. h.*

OBJ. *L. 46. §. 1. Adm. tut.* Ubi tutor, qui est procurator universorum bonorum, quin instar Domini, transfigere nequit.

RESP. Verum est, quod non de qualibet re dubia minoris transfigere possit, de quo est *d. I. 46.* Sed expresse requiritur in *I. 35. pr. de Jurej.* ut jus ejus valde dubium sit: *Gail. 2. O. 72. num. 1. & num. 9.*

Qv. IV. An Syndici & civitatum administratores transfigere possint?

RESP. Si tales sunt Syndici &c. quibus omnia bona civitatis *ad. Laut. p.* ministranda commissa sunt, recte afferitur, transfigere eos *54. verb.* posse, per *L. 5. C. Usur. L. 12. C. transact. Conf. L. 14. ff. de paßl.* *Idem est in syndicis.* *& quaest. praeced.* Secus si saltem sunt defensores civitatis ratione *cis.* *litium*, ut in *L. 34. §. 1. Jurej.* vel saltem ad certa negotia constituti;

Hh 2

tunc



tunc enim eadē ratio eos transfigere prohibet, quæ procuratores generales omnium litium. *Vid. quæst. praeced.* Atque de tali procuratore Principis agit quoque *l. 13. h. l. 1. §. 1. off. proc. & Laut. p. 54. l. c. in fin.*

Moribus nihil hic mutatum appetat. Etsi *Gail. 2. O. 72. n. ii. & seq.* simpliciter Syndicis transfigendi potestatem concedat. *Conf. Dec. Conf. 297. n. 4. in fin.*

Laut. p. 55. verb. (1) super causa controversia. *Qv. V. An valeat transactio de reliquis in testamento, etiam non inspeccis verbis testamenti?* *Vid. infra Part. 2. lib. 29. tit. 3. q. 3.*

Qv. VI. An transactio praecise requirat rem dubiam ac incertam?

Laut. p. 54. verb. (1) super causa controversia. **A**FF. *L. 1. ff. h.* atque inde differre a pacto dicitur, *dict. l. 1. L. 2. l. 12. L. f. C. h.* Dubia autem res esse dicitur, quoties lis metuitur. *L. 2. C. h. L. 65. §. 1. ff. Cond. indeb.* Modo non sit evidens calumnia; licet enim haec in item deducatur, non tamen dubia res est. *dict. l. 65.*

O B J. (1) L. 31. C. h. ubi de re certa interponitur transactio.

R E S P. Certa res ibi dicitur, cuius species certa est, non cuius jus; nam species, de qua queritur, certa esse potest, licet jus circa illam sit dubium.

O B J. (2) L. 229. V. S.

R E S P. Transactio fieri non tantum potest de re, super qua actu lis mota est, sed & de re quæ in judicium deducta nondum est, adeoque quæ hactenus *sive controversia possedit fuit*, at ubi in futurum lis metuitur. *l. 65. §. 1. ff. Cond. indeb.* Aliter conciliare videtur hoc dubium *Dn. Ludwig. in Disp. pro jure retract. Instr. c. 1. §. 2.* Aliter respondet *Connan. l. 5. Jur. civ. cap. 6.*

Praxi quoque hoc ita obtinere tradit *Illustris Dn. Stryk. C. C. S. 3. c. 7. §. 2.*

Qv. VII. An transactio de alimentis futuris ultima voluntate relictis valeat?

Laut. p. 54. verb. de alimen- **N**E^G. Quia illi, quibus alimenta tenuia relicta sunt, facile aliquid remittere solent, ut omnia simul & una vice accipiant: *L. 8. tis.* *pr.*



pr. ff. h. Unde (1) deterior redderetur conditio alimentorum, quod prohibetur *L. 8. §. 6. h.* Et (2) pro parte elusoria fieret voluntas testatoris. *Conf. d. l. 8. §. 24. h.*

Ex c. (1) Casus autoris, si forte melior sit conditio alimentorum, *d. l. 8. §. 6. E 24.* vel si juramentum accessit, *c. quamvis de Paci. in 6. aut Prætoris cognitione Laut. h.*

Ex c. (2) Si non per ultimam voluntatem, sed per modum contractus, adeoque per actum inter vivos relicta sunt alimenta, jam enim non sit elusoria voluntas ultima, in cuius favorem id introductum est. *l. 8. §. 2. in f. ff. h.* sed juri ex pacto quæsito quilibet renunciare potest.

Ex c. (3) Si transfigatur de alimentis præteritis, ubi cessat ille favor, *l. 8. C. h.* neque enim amplius eo nomine egere potest.

Vel (4) de annuis redditibus, quia non alendi causa relicti sunt. *L. 8. §. 13. ff. h.* (secus in alimentis annuis, *dit. l. 8. §. 7. h.*)

Ex c. (5) Si gratis remittantur, nam tum invito beneficium alimentorum non obtruditur, sed illi renunciare plene potest. *Laut. p. 55.* ibique Dd. *Struv. Ex. 6. th. 58.*

IN S T O (1) Quod eadem sit ratio in transactione, quæ in gratuita remissione.

RE S P. Imo in transactione pro parte agnoscit voluntatem defuncti, pro parte eam rejicit, quod fieri nequit: Secus in pacto.

IN S T O (2) In *l. 8. §. 17. h. t.* non nisi cum causæ cognitione & auctore prætore licitum esse alimenta donare: Adeoque & in donatione i. e. gratuita remissione prætor intervenire debet.

RE S P. Non loquitur de gratuita remissione, sed de remissione ex pacto transactionis, cuius causam non cognovit; hic enim neglit officium, & aliquid donare videtur.

IN S T O (3) Quod in *l. 8. §. 15. h.* fundus pignori pro alimentis obligatus sine prætore liberari nequeat, nemus ergo gratis remitti.

RE S P. Liberari nequit, quia voluntate defuncti obligatus fuit, hæc voluntas vel tota servari debet, vel tota rejici, quod sit gratuita remissione.



QV. VIII. *An impune de criminibus capitalibus transfigere lieeat?*

Laut. p. **A** FF. L. 18. C. transact. & L. 1. ff. de bon. eor. L. ult. ff. de praev. 55. verb. (1) quia ignoscitur ei, qui metu tanti supplicii ex imbellicitate humorum manu transfigit, & sanguinem quounque modo redimere cupit. L. 1. ultimum ff. bon. eor. Neque (2) delicta hic impunita manere credendum est; supplicium nam cum haec criminis sint publica, ab unoquoque ex populo vindicari possunt: Accusator enim tantum de suo jure privato transfigit; l. 5. §. 2. ff. ad Leg. Jul. vi publ. Carpz. p. 4. const. 13. def. 10. Laut. h. Treutl. h. §. 5. l. d. Non vero de ipso criminis, quia paclum hoc es- set de causa publica & a causa privata remotum, indeque illicitum, l. 27. §. 4. pacl. idque (3) praxi obtinere tradit Dn. Stryk. U. M. h. §. 12. Car. l. 5. §. f. q. 58. n. 3. 18.

Hoc adeo verum est, ut (α) transfigens non habeatur pro convictio. l. 7. de Praevar. indeque non fiat infamis, vid. infr. q. 12. quin (β) accusator recedere potest etiam non petita abolitione ex ratione dilectae Iuris 18. (Cum alias ille, qui ab accusatione recedit, non petita abolitione, incidat in SCtum Turpilianum, & graviter puniri soleat. l. 1. §. 7. Sc. Turpil. Vid. Laut. infr. p. 705.) Nam penam hanc, & ipsum SCtum, tantum in non capitalibus obtinere probat, & ratio specialissima d. l. 8. junct. d. l. 1. & Dd. communiter. Brunn. ad. W. h. q. 23. (γ) Nec ideo accusator in concussionis crimen incidit. l. 1. §. 3. de calumu.

Neque OBST. l. 2. ff. Concuss. ubi tenetur ex pena L. Cornelius, qui pecuniam accipiunt, ne accusent.

RESP. Responsio habetur in d. l. 1. §. 3. de Calumniat. neque enim transactionibus est interdicatum, sed sordidis concussionibus. Mynf c. 6. O. 22.

Regula autem procedit hodieque, Mynf. cent. 6. O. 22. & Cent. 2. O. 79. H. Hart. tit. 22. obs. 1. per tot. Et quidem in omnibus criminibus penam sanguinis ingerentibus, tum propter textus generales in l. 18. C. transact. l. f. de praever. l. 1. ff. bon. eor. tum propter generalitatem rationis in d. l. 1. Adeoque valet etiam transactio (1) de stupro, Zes. h. n. 39. Tr. h. §. 5. l. c. ubi dissent. Dd. (2) de homicidio, Treutl. d. §. 5. l. d. & latrocino, Carpz. p. 3. q. 148. n. 33. (3) de parricidio, Zes. h. t. n. 42. (4) de crimine fractae pacis publicæ, Gail. de Arrest. c. 16. n. 46. Mynf. Cent. 2. O. 79. (5) de raptu, Clar. l. 5. §. f. q. 58. n. 12. (6) de crimine maiestatis, neque



neque enim hoc ullibi exceptum appetit. *Giph. Disp. ad Inst. 4. 297. n. 16. seq. Struv. Ex. 6. §. 61. Bach. ad Tr. dict. §. 5. l. a.*

DISSENTIT Zæf. h. quia ex criminis maiestatis conscientia quoque tenentur, qui vero transigit, conscientius est.

RESP. Tunc non ideo punitur, quia transegit, sed ideo, quia conscientius fuit, vel ideo, quia non detulit; nam etiam post transactionem deferre potest & debet, quia transegit saltem de accusatione.

Qv. IX. An de Adulterio quoque transactio valeat, & an gratis remitti possit?

Transactio de adulteriis in specie prohibetur *I. 18. C. h.* quia cum *Laut. p.* maritus & pater debeant irasci, *I. 29. pr. L. Jul. adult. Speciem 55. verb. lenocinii exercerent, si vindictam negligenter I. 2. §. 2. L. Jul. Adult. excepto a- (Idque hodie quoque obtainere ait *Trentl. h. §. 5. l. t. Stryk. U. M. h. 18. Zæf. h. n. 31. seq. Carpz. Crim. q. 71. n. 31.* Etsi dissentiat *Azo apud Goth. ad d. l. 18. Struv. h. §. 61. Carpz. crim. q. 55. n. 15. Heig. 2. q. 29. & Dd. apud Stryk. d. l.)**

OBJ. *Nov. 117. in Epilog.* ubi valet transactio de adulterio.

RESP. Alia capita præcesserant civilia, ad quæ illa amicabilis compositio pertinet: Uti si transigit de eo, quod ter prohibitus non abstinerit ab uxoris conversatione.

An vero gratuita remissio adulterii valet?

AFFIRMATUR per text. expr. in *I. 29. §. 2. ff. de Adult.* ibi: *ceterum si gratis quis remisit, ad legem non pertinet;* Conf. *Struv. Evol. h. ad th. 61.*

Nec OBSTAT *d. l. 29. pr.* ubi is, qui uxorem in adulterio deprehensam retinet, lenocinium committit, & additur ratio, quia debet irasci uxori.

RESP. Loquitur de uxore, quam' in adulterio reprehendit maritus, adeoque ubi patientiam prætextu incredibilitatis adumbrare nequit: *d. l. 29. pr.* hoc enim speciali casu etiam gratuita remissio mariti prohibetur per text. expr. in *I. 2. §. 2. Eod.*

Hodie remissiones hujusmodi gratuitas fieri posse, late probat *Dn. Stryk. U. M. h. t. §. 13. & 14. Clar. Pract. crim. dict. q. 58. n. 11. Carpz. p. 4. c. 19. d. 10.* in primis propter *Nov. 134. c. 10.* ubi marito biennio recipere adulteram permittitur, ergo potest non irasci. Quod magis jure Sax. receptum, ubi intercessio mariti prodest adultere-



adulteræ; Adeo ut tunc maritus perdat ius accusandi. *Dn. Stryk. §. 14.*
h. Tacite quoque remittere videtur, si denuo cohabitè cum adultera,
Carpz. crim. q. 55. n. 40. Stryk. d. §. 14.

Qv. X. *An de crimine non capitali transfigere licet, & an eo falsum committatur?*

Laut. p. **R**ESP. Transfigere quidem de crimine non capitali non licet, at si
 55. verb. quis transfigit, eo non potest falsum commisissse videri, cum to-
 incidunt
actor in
crimen
falsi.
 tota ratio falsi hic cesset. Neque (2) ullibi in jure hoc dicitur. Cx-
 terum in alias pœnas partes incident: Reus enim habetur (α) pro con-
 fesso, *L. 4. §. f. l. 5. in integr. rest. l. 4. l. 29. ff. f. f. f. & pro con-*
victo, l. f. de prævar. indeque judex statim procedit ad condemnationem.
Mynf. 6. O. 22. Fitque infamis, *d. l. 4. §. f. integr. restit.*
Vid. q. 12. Actor vero (β) habetur pro prævaricatore, *l. l. §. l. l. 3.*
§. 1. Praeviar. incidit in SC. Turpilianum, quod actorem desistere
 ab accusatione non petita abolitione prohibet. *l. l. §. 7. Sc. Tur-*
pil. Et (γ) in crimen concussiæ, *l. 2. concuss.* quia actor pecuni-
 am minis extorsisse videtur.

O B J. L. 18. C. h. ibi transfigere non licere citra falsi accusationem.
 Quod Dd. ita explicant, transfigere non licere quin incidat in falsi ac-
 cussionem.

RESP. Sensus horum verborum est, quod de non capitalibus trans-
 figere non licere citra falsi accusationem, i. e. excepto falso, de hoc
 enim transactio inita valet. vid. *quæst. seq.*

D I S S E N T. *Struv. Ex. 6. th. 62.* & late Dd. allegati apud *Muller*
ad. d. §. 62.

Hoc transfigens adeo non incidet in falsi crimen, ut & reliquas pœ-
 nas cessare putet *Struv. Ex. 6. §. 62.* Add. *Carpz. p. 4. c. 19. def. 10.*
 præter infamiam. vid. tamen *quæst. sequent.* & *q. 12.*

Qv. XI. *An de falso transfigere licet?*

AFFIRM. Quia falsum regulariter committitur in causis civili-
 bus, atque in eas incidit; Si ergo de tota causa transfigitur;
 ea falsum quoque continebitur; Idque confirmatur (1) ex *L. 7.*
C. f. f. ibi: falsa transactione (de falso scil. instrumento) *difficile*
est, ut is qui provinciam regit, velut falsum cui semel acquievisci,
tibi accusare permitat. (2) Ex *L. 42. C. h. ibi: nisi forte etiam de*
eo quod falsum dicitur, controversia orta decisa sopiaatur. (3) Ex *L. 18.*

C. h.



C. h. ibi: *in aliis non capitalibus criminibus transfigere non licere citra* (i. e. præter) *falsi accusationem*: Adeoque de falli accusatione transfigere licet: Nam in quæst. præced. monitum jam est, explicacionem Dd. quod scil. *transfigere non liceat, quin incidat in falsi accusationem*. nullo modo admittendam esse; idque (α) quia transactione de criminibus falso dici nequit, cum in ea tota ratio falsi esset. (β) Cur falsi tantum mentio fieret, & non aliarum pœnarum, in quas vere incideret & quas recensuimus quæst. præced. - Sed potius (γ) vocem *citra* ibi exceptionem denotare, patet tum ex aliis textibus juris, ubi de falso transfigi posse itidem asseritur d. 42. d. 1. 7. tum quia non inusitatum est vocem *citra* in jure pro exceptione sumi, ut in L.f. de Calunn. aliisque textibus, quos late cumulat Struv. in Evol. h. th. 52. add. 1. 11. C. pign. ab ibi que Goth.

O B J. L. 2. C. His, quæ ut ind. ubi non obstante transactione agi de falso potest.

R E S P. Hoc non est, quia non potuit transfigi, sed quia illa quæstio falsi mota aut cognita non fuit.

Atque hanc sententiam probat Cuj. L. 6. O. 11. & bene quoque distinguunt Goth. ad L. 7. C. de falsi. an sciens de falso instrumento transfigerit, an nesciens; Illo casu jure Romano quidem valere transactionem ait, sed non moribus Galliæ, Goth. ad d. 1. 7. & 1. 18. C. h. nostris equidem moribus de omnibus non capitalibus adeoque & de falso transfigi posse ait Struv. Ex. 6. §. 62. ibique Carpz. p. 3. q. 148. n. 17. quod ante accusationem institutam demum permittit Jud. Clar. Praef. crim. L. 5. §. f. q. 58. num. 2. Et 3. junct. n. 16. 18. Conf. Tr. h. §. 5. lit. f. Brunn. W. h. qu. 30. Sane pœna confessi vix excedit effectum infamiae, vid. q. seq. Nec Turpiliani nunc usus est. Verum quo minus judex accusatorem prævaricationis & concussionis reum adhuc peragere possit, nihil obstat videtur, vid. q. 10. de infamia vide q. seq. Conf. Myns c. 2. O. 79. Et c. 6. O. 22.

Qv. XII. *An transfigens de delicto publico non capitali, vel civili famoso, fiat infamia?*

A F F. l. 4. §. f. l. 5. ff. de restit. in integr. nam habetur pro victo & Laut. p. condannato, L.f. ff. prævor. ex judicio publico autem & pri- 55. verb. vatis delictis condemnatus fit infamis. L. 7. publ. jud. L. 6. §. 1. His ^{In delictis} famosis qui not. adeoque alia ratio est ac in delictis capitalibus, ubi metu infamia pœnæ &c. Cocc. J. C. P. I. II



pœnæ capitalis transfigisse videtur, quia injuria judicis condemnati posset. q. 8. Nec (2) partes de fama transfigere possunt, quippe que non est in eorum arbitrio: L. 27. §. 4. *Pab.* Atque hæc sententia (3) communis est. Vid. *Struv. Ex. 6. §. 60.* *Laut. p. 62. in med. Treutl. h. §. 5. l. d.* Et licet de praxi contrarium statuat *Autor p. 63.* tamen nostra sententia testatur *D. Stryk. U. M. h. §. 19.* Vix enim tollimoribus potest opinio honestorum hominum de eo, qui de criminis non capitali transfigit. *Conf. Struv. dict. §. 60.*

AMPL. (1) Ita transfigens fit infamis, et si ante item contestata transfigat, *Laut. Comp. fol. 62.* quia tamen confessio est, de quo *infra. l. 3. t. 2. q.*

AMPL. (2) Etsi protestetur reus se non conscientia delicti, sed ad rediendum vexam transfigisse, quia non est in arbitrio partium & privatorum, protestando infamiam juris avertere: *Laut. p. 63.*

AMPL. (3) Licet postea contrarium probetur, quia res transacta habetur pro veritate, & est in sua rei judicatæ, l. 20. C. h. post sententiam vero probatio non admittitur. vid. tamen *Laut. p. 63.*

OBJ. Quod nondum constet transfigentem delinquisse, adeoque puniri non potest.

RESP. Qui transfigit, fatetur. l. 5. his qui not.

EXC. (1) Si transfigit iussu prætoris, nam tunc non potest dici proprio motu egisse, indeque fateri. l. 6. §. 3. de his qui not. *Struv. h. §. 60.* *Stryk. U. M. §. 19.* (2) Si præstito jurejurando se liberat. d. l. 6. §. 4. tum quia gratis remittitur, tum quia est species probationis. (3) Si gratis, adeoque pacto remittitur, dict. l. 6. §. 3. Vid. q. seq.

Qv. XIII. An impune de delictis pacisci liceat?

AFFIRMATUR: Idque non tantum de publicis, sed & de privatibus delictis verum est: De publicis enim delictis, iisque capitalibus textus expressus est in l. 18. C. h. ibi: *transfigere vel pacisci de crimen capitali excepto adulterio prohibitum non est:* de publicis non capitalibus id probatur ex eadem lege 18. ubi postquam Imperator de crimen capitali, transfigere & pacisci posse dixerat, de non capitali *transfigere non licare* statuit, neque hic addit, ut ante vocem *pacisci*, certissimo indicio *pactum* non item ac *transactionem* improbari.

Adeo-



Adeoque his casibus poena confessi, SCti Turpiliani, & concessio-
nis cessat, quia gratis fit.

De delictis *privatis* impune pacisci licet d. l. 6. §. 3. *Stryk. U. M. h.*
§. 19. inhumanum enim esset, veniae locum non esse ad preces alterius
d. l.

OBST. L. 1. *his qui not.* ibi: *pactusve erit.* L. 4. §. f. l. 5. *vod.*

RESP. Pactum ibi sumitur pro pacto non gratuito, uti id explicata-
tur in l. 6. §. 3. *His qui not.*

DISSENT. *Vinn. ad §. 2. Pæn. tem. lit. n. 5.*

Qv. XIV. *An transactio praetextu instrumentorum postea re-
pertorum retractari possit?*

NE G. (1) per text. expr. in l. 19. C. h. ibi: *sub praetextu instrumento-Laut. p.*
ni postea reperti transactionem bona fide finitam rescindi, jura non 55. verb-
patiuntur. Et l. 29. C. h. (2) Atque hoc ita ex utilitate publica merito con-*aut praetextu in-*
stitutum est, ad evitandas litium molestias, earumque dubium ac incer-
tum eventum, quæ egregie exponit Carpz. part. 1. const. 1. def. 9. 10. 11. torum.
Hinc (3) transactionis eadem est autoritas, quæ rerum judicatarum, l.
20. C. h. t. res autem judicata habetur pro veritate, et si nova postea re-
periantur instrumenta; l. 4. C. de re jud. quia post remi judicata nihil
amplius queritur. l. 56. Re jud. atque hinc (4) nec juramentum (quod
species est transactionis, l. 2. ff. jurej.) ob instrumenta noviter reperta re-
tractari potest, l. 21. 22. ff. dol. mal. l. 1. C. R. Cred. l. 31. ff. Jurej. Con-
firmatur id (5) ex J. Can. in c. 1. X. h. ubi post transactionem omnia in-
strumenta, & quicquid partibus openi ferre potest, vacuum & cassatum
declaratur. Atque hæc (6) praxi obtinent; de qua testantur late Dd.
apud Dn. Laidueg. in Dijp. projure retract. trans. C. 3. §. f. Carpz. p. 1.
c. 15. def. 1. n. 5. ibique Dd. Et Proc. t. 11. a. 7. n. 44.

OBJ. (1) Summam iniquitatem videri, quod creditor remittere te-
neatur id quod liquide probare potest sibi deberi.

RESP. Tollit iniquitatem dubius ille & incertus litium eventus,
molestiae, quæ ex lite oriri possunt & solent, ac denique autoritas le-
gis, quæ propter publicam utilitatem hoc ita constituit; Neque ita enim
magis hoc iniquum esse videtur, quam cum disponitur in L. 4. C.
Re jud. sub specie novorum instrumentorum res judicatas restaurari non
debere, vel cum per prescriptionem creditor, & per usucacionem do-
minus a jure suo excluditur, vid. sup. p. 198.



OBJ. (2) *L. 5. h.* ubi non videtur transactum, de quibus cogitatum non est.

RESP. Loquitur de pluribus litibus ex diversis causis oriundis, tunc enim si de una transfigatur, de reliquis non videntur partes cogitasse; atque hoc pertinent quoque exempla *L. 9. l. 12. ff. de transact.* Cujus rei rationem vide in *Disp. B. Par. de claus. reb. sic stant. c. 2. §. 14.* Secus vero si una tantum lis sit, nam qui hanc remittit, de omnibus quoque instrumentis, quibus lis illa instrui potest cogitasse, saltem ex juris præsumtione, censetur. *d. l. 20. C. h. t. d. c. 1.*

OBJ. (3) Quod repertis novis instrumentis res plane sit certa, de qua non valet transactio. *sup. q. 6.*

RESP. Eo tempore ubi partes transegerunt, omnia bona fide acta supponimus: Calumnia ergo non fuit, sed jus dubium, de quo proinde transfigi potuit.

OBJ. (4) Quod res in eum statum pervenerit, unde incipere non potest.

RESP. Fallit haec regula (1) quando negotium semel perfectum est, et si deinde accidentalia ejus mutentur; *B. Par. in Disp. de Clauſ. reb. ſic. ſtant. c. 2. §. 10.* ubi late hoc explicat. (2) Quando cogitatum quoque est de futuris casibus. vid. *Obj. 2. Carpz. p. 2. c. 35. def. 23. n. 9.* (3) Quando semel utilitas ex illo negotio nata est, uti hic, ubi aliquid accepit, cum jus ejus dubium fuerit, *B. Par. dict. Disp. c. 7. §. 4. Carpz. dict. def. 23. n. 10.*

Ex c. (1) Si ex novo instrumento appareat, enormiter laesum esse transfigentem, vid. *q. 17.* tunc enim datur vel remedium *l. 2. C. Ref. vend.* vel aliquando actio de dolo, *dict. l. 5. l. 19. C. h.* Nisi de hac ipsa immodica laesione transactum sit, vid. *quaest. fin.* (2) Si instrumenta malo more obtenta, vel dolo ante subtracta sint. *l. 19. C. h. l. 5. C. dol. mal.* (3) Si in causa publica, id est in causa fisci vel civitatis, postea reperiantur instrumenta, *l. 35. re jud. ibique Brunn.* ubi id extendit ad pupilos, ecclesias. (4) Si ex falsis instrumentis transactio inita est, contrarium vero ex novis postea repertis appareat. *l. p. C. h.* Alias præterea exceptiones facit *Berl. p. 2. dec. 263.* quas vero non agnoscimus.

QV. XV. *An dans posſit paenitere & recedere a transactione si alter nondum implevit?*

A 7-



AFFIRMATUR: (1) ex ratione naturali, quia si tu fidem non *Dissent.* impleas, & ego consentio, mutuo consensu a transactione recedi. *Laut. p.* tur; Nihil autem tam naturale est quam iisdem modis aliquid dis- 56. verb. solvi, quibus contractum est: (2) per textum expressum in l. 14. C. a transac- *tione re-* transact. ibi: *si diversa pars contra placitum agere nititur, aequitatis cedere ve-* ratio suadet refusa pecunia, cum & tu hoc desideras, causam ex in- lit. *tegro agi.* Idque (3) confirmatur ex l. 6. C. pac*t.* int. emt. ubi is qui certa contemplatione, ut alter vicissim quid praestet, exiguo pretio rem in aliud transfert, non secuta fide rem ipsam vindicare potest. Unde (4) tunc quoque si transactum a mea parte impletum est, tu autem implere nolis, condic*ti*o mihi datur causa data, causa non secuta l. 3. pr. l. 4. l. 10. condic*ti*. *Caus. dat. l. 9. pr. Praescr. verb.*

Neque OBSTAT l. 39. C. transact. ibi: *quamvis eum qui pactus est statim paeniteat, transactio tamen rescindi & lis instaurari non potest,* & qui tibi suadet intra certum tempus licere a transactione recedere, *falsum adseveravit.*

RESP. Agitur diserte de casu, ubi unus altero invito a trans- actio recedere & causam ab integro tra*ctare* vult, putans intra cer- tum tempus paenitere licere; Hoc omnino non licet, secus si alter in id consentiat.

OBST. l. 14. C. de rescind. vend. ibi: *ea conditione distractis praediis, ut quod reipublicae debebatur qui comparavit, restituerit vendor* a se celebrata solutione, quanti interest, experiri potest; *non ex eo quod emtor non satis conventione fecit contractus irritus confituitur.*

RESP. Ibi non de transactione queritur, sed de emtione, ubi verum est paenitentiae locum non esse eti*si* alter non impletat: rationem vide *infra.*

Qv. XVI. Si transactum sit addita pena, an violata trans- actione simul detur actio, & ad promissum praestandum & ad paenam?

RESP. Is qui ex transactione scripta ad impletendum agit, non potest *Laut. p.* simul agere ut promissum praestetur & ut pena solvat, sed al. 56. verb. alternative, per textum expressum in L. 40. C. h. Add. l. 23. §. 3. Cond. *vel ad po-* ind. L. 10. §. 1. ff. pac*t.* l. 4. §. 7. Exc. dol. l. 17. C. h. l. 37. C. h.



Exc. Si id in specie cautum sit, ut pena solvatur rata manente transactione l. 16. ff. l. 17. C. h.

Obstr. L. 122. §. f. V. O. ubi quis & stare transactioni tenetur, & præterea pœnam præstare.

Resp. Casus ibi plane non est, ubi quis agit ad implendam transactionem, sed ubi transactione impleta & divisione facta, aliquid contrarium transactioni petit, & in causa deficit, hoc enim casu pœna committitur: Neque igitur hic & rem & pœnam petit.

Not. Qui ad pœnam agit, etiam agere potest ut violans id, quod transactionis causa accepit, restituat, quia sublata transactione id sine causa penes eum est. d. l. 40. & L. 41. C. h.

Qv. XVII. *An transactio infirmetur ob enormem laesionem ex L. 2. de rescind. vend?*

Dissent. **R**esp. Si actor certam summam petitur, v. g. 100. aureos, Laut. p. 56. verb. *Non etiam propter enormem* R transfigit in 6. vel 7. aureos, *non rescinditur transactio*, quia sciens remisit, nec laesus ullo modo dici potest: L. 78. §. f. SC. Treb. ibi: *si non transactum esset*: Si vero postea inventis instrumentis appareat, deberi 250. (quod ante nesciverat) *poteſt reſcindi*, quia ignarus juris sui remisit, indeque ultra duplum laesus est: *dicit*. L. 78. §. f. ibi: *ſecundum ea quae proponerentur, poſſe*. Conf. L. 5. C. dol. mal. ibi: *faneſa es immodeſe &c. in faciliū actio tibi tribuenda*.

His terminis positis omnia, quæ late a Dd. objici solent; sponte sua cessant: Jam enim clare apparent sensus legis 78. §. f. SC. Treb. ubi hoc ipso casu (scil. quando repertis instrumentis laesio enormis probatur, & dicitur, non posse repeti *ſi transactum esset*: Loquitur nimis de casu, quo quis transegit post instrumenta inventa de ipsa enormi lesioni, adeoque sciens; ubi proinde laesus non est: Nam de casu in pr. dicit. §. f. proposito transactum non fuerat, sed totum quod esse in hereditate dicebatur, solutum erat: Neque potuit eo casu transactio intelligi, quia haeres fiduciarius certam summam profitebatur, & alter fidem ejus sequebatur: De re certa autem non valet transactio: Adeoque verba, *ſi non transactum esset*, tantum ad casum finalem, quo post reperta instrumenta de ipsa lesione transactum est, referri possunt & debent. Aliter explicat Struv. in Evol. ad §. h.

Obj. (2) Quod repertis postea instrumentis res non amplius sit dubia, sed certa, adeoque tunc amplius transfigi nequeat.

Resp.



R E S P. Res dubia est, ubi lis saltem metuitur, *l. 65. §. 1. ff. Cond. ind.* qui metus in *d. §. fin.* sine calumnia esse poterat, quia actor semel jam receperat fideicommissum, & liberaverat heredem; Sed nec sciri poterat, quæ exceptions contra instrumenta moveri possent, & vel saltem injuria judicis aliter statui, indeque litis eventus dubius esse potuit.

O B J. (3) *l. 5. C. dol. mal.* ubi præter immodicam læsionem doloris requiritur.

R E S P. Immodica læsio ibi dicitur, quæ non est rei minimæ, uti accipi solet in actione dolii. *l. 9. §. f. ff. de dol. mal.*

O B J. (4) *l. 19. l. 23. C. h. l. 20. C. eod. junct. l. 56. re jud.* ubi dicitur, quod res transacta rescindi non possit.

R E S P. Nisi justa causa sit, qualis est, si quis enormiter læsus est.

O B J. (5) Quod juramentum contineat speciem transactionis, *l. 2. ff. de Jurej.* in jurejurando vero non obtinet *lex. 2. C. rescind. vend. l. 5. §. 2. Jurej.*

R E S P. Jurisjurandum habet vim transactionis, non contra transactione vim Jusjurandi: Nam perjurium non est in transactione. Sed & falsum est jure civili jusjurandum non rescindi propter enormem læsionem. vid. *qu. ad Laut. p. 345.*

O B S T. (6) Quod in emtione venditione saltem Lex 2. &c. locum habeat.

R E S P. Contrarium demonstrati *Laut. p. 346.* Neque in praxi id disceptatur.

O B J. (7) Quod transactio nec imperiali rescripto resuscitari debet, *l. 16. C. h.* nec prætextu instrumentorum noviter repertorum. *l. 29. C. h.*

R E S P. Haec non sunt legitimæ causæ restitutioonis in integrum, uti est enormis læsio.

O B J. (8) Quod sententia sub prætextu læsionis non retractetur *l. 2. C. sent. rescind. non posse. l. 4. C. Re Jud. l. 56. ff. Eod.* Illa autem cum transactione comparatur, *l. 2. ff. Jurej.*

R E S P. Regula illa vera est, ast excepitur casus enormis læsionis *d. l. 2.*

O B J. (9) Quod transactio tendat ad liberationem, in actibus autem liberatoris remedium *l. 2.* non obtinet. *l. 29. C. Transact.*

R E S P. Hoc in *d. l. 29.* non dicitur; & falsum est, si per liberationem ultra duplum ignarus juris sui læsus sit.

O B J. (10) Quod læsus non videatur, qui certum quid accipiendo incertum litis eventum omittit?

R E S P.



RESP. Loquitur de casu, ubi facta transactione appareret, transfigentem vere ultra duplum ejus, quod ante transactionem in lite erat, lassum esse.

OBJ. (ii) Quod certa lassio ultra duplum non videatur dari, quia transactione non est nisi de re dubia, res autem dubia certaine estimacione non habet. L. 14. L. 17. C. de Usur.

RESP. Transactione quidem initur de jure dubio, sed res petita tamen potest esse certa. Si quis ergo ab initio 10. petierit, deque illis transfigerit, postea autem appareat 30. adeoque ultra duplum quam ante petitum fuit, debita esse, hoc sane casu estimatio lassionis non erit dubia, sed certa.

Varie DISSENTIUNT Dd. ALII enim rescindunt transactionem ex dict. L. 2. non posse, defendunt. Wefenb. ad ff. h. n. 2. Vinn. de Transact. C. ult. n. 11. Tuld. C. de rest. vend. n. 6. Idque in praxi receptum inquit Gail. 2. O. 70. n. 11. Mev. p. 4. dec. 36. n. 3. Seiler in sent. Cam. ad an. 1583. Mens. Jan. & Sept. Gilm. Tom. 1. part. 3. vol. 16. Laut. h. t. in f. & p. 347. Treutl. h. §. 6. l. c. Mev. p. 5. dec. 284. Cothm. v. 1. conf. 28. n. 242. Franzk. l. 3. ref. 3. n. 101. Mantic. de Tat. Conv. l. 26. tit. 9.

ALII contra rescindi posse dicunt. Sot. D. 17. th. 25. Eamque esse communem sententiam; & in Viadrina, Kopp. dec. 58. n. 5. pariter in Galliae aliisque curiis receptam. Pinel. ad l. 2. Ref. vend. p. 1. c. 4. n. 15. Priori sententiae obest, quod lassio enorimis, sive ultra duplum, & que sit justa causa restitutionis ex clausula generali, l. 1. §. f. ff. ex quib. caus. ac dolus, metus, etas &c. cum pro tali quoque causa habeatur in d. l. 2. Posteriori, quod transfigens ultra & sciens renunciet liti, sciens autem non lreditur.

ALII distinguunt in lassionem enormem & enorimissimam, hanc rescindi posse ajunt, non illam. Carpz. diff. def. 1. n. 7. Gram. dec. 66. n. 47. Gail. d. O. 70. n. 15.

ALII in transactionem judicialem & extrajudicialem; atque hanc rescindi posse. Carpz. d. l. def. 4.

ALII decisione imperatoria opus esse ajunt. Carpz. d. def. 1. n. 9. Fach. 2. q. 26. Heig. 2. q. 9. Denique jus Saxonicum tum rescindit, si actor probet id quod sibi debitum fuit, excedere duplum ejus quod accepit: (Quod ideo tolerari de jure communi non posse videtur, quia sciens quoque totum remittere potest.) Const. Elect. p. 2. c. 34. ibique Carpz. d. 1. Richt. Dec. 99. n. 94. seq.

LIB.



DE

POSTULANDO.

Qv. I. *An tantum illi, qui pro aliis postulant, advocati dicantur? Et quomodo hi differant a procuratoribus?*

RESP. Non illi tantum, qui pro aliis postulant, advocati sunt, *Laut. p.* quia etiam in propria causa postulare aliquis potest, *I. i. §. 1. Et 5. 58. verb. h.* Ut nec omnes, qui pro aliis postulant, advocati dici possunt, *Qui pro aliis Et* quia amici quoque desiderium aliquis exponere potest. *I. i. §. 1. h.* Advocatus ergo definitur, qui jure officii, adeoque publica autoritate, causam in judicio defendit. *I. 6. pr. C. Advoc. div. judicior.*

Differt a procuratore, qui non iustitiam causæ defendit, sed saltem processum influit atque dirigit. *§. 1. Inst. de iis, per quos, Hyp. Inst. Eod. §. 2. Mev. p. 6. d. 197. n. 1. 2. litisque dominus fit, I. 22. C. proc.* Unde porro sequitur, advocatum non facere causam suam, nec fieri dominum litis, secus ac in procuratore. *diff. I. 22. Mev. p. 6. dec. 197.* atque ex hac ratione in criminalibus causis advocatus intervenire potest, non procurator. *Carpz. Crim. p. 3. q. 115. n. 88. sq.* Sed & Advocatus cogi potest ad officium, non procurator. *I. 8. paen. Gail. I. 1. O. 43. n. 2. Et c.* Advocati negligentia non nocet domino, secus ac in procuratore. *Mev. p. 3. d. 29. Mart. Tit. 20. §. 4. num. 71.*

Qv. II. *An quis in ea causa, in qua ipse judex est, postulare possit? Et an in secunda instantia?*

RESP. Durante eodem judicio, in illa causa postulare nequit, *I. 6. Laut. p. pr. C. h. ibi: Non in eodem negotio sit advocatus, I. 14. C. de 58. verb. Aff. ibi: in uno eodemque tempore.* Nam non tantum suspectus vi-judices detur, *I. 17. ff. de Jurisd.* Sed & alius esse debet, qui defendit causam, alius coram quo defenditur. *diff. I. 6.* Quid, quod ad utrumque festinans neutrum bene peragere posse videatur. *d. I. 14. Conf. I. p. Off. Aff. Brunn. ad I. 6. C. h.*

Cccc. J. C. P. I.

K k

Sed

